

# SCRIPTA

**Numéro Scripta :** 4163

**Auteur(s) :** Louis IX, France (roi)

**Bénéficiaire(s) :** Juaye-Mondaye, Saint-Martin de Mondaye (abbaye)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1248, mai

**Lieu d'émission :** Paris

**Action juridique :** confirmation

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Louis [IX], roi de France, concède les donations faites à l'abbé et aux moines de Saint-Martin de Mondaye.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

- a. Delisle Léopold, *Cartulaire normand de Philippe-Auguste, Louis VIII, Saint-Louis et Philippe le Hardi*, Caen, Hardel (MSAN ; 16, 2e série, 6, p. 160-390), 1852, n° 1179, p. 323.

Texte établi d'après a

Ludovicus, Dei gratia, Francorum rex. Notum facimus, tam presentibus quam futuris, quod nos, desiderantes ut temporalia in celestia et transitoria in eterna, faciente Domino, possimus felici commercio permutare, religiosis viris abbati et conventui Sancti Martini de Monte Dei, Premonstratensis ordinis, Lexoviensis dyocesis, divini amoris intuitu, et ut pro nostre et inclite regine, consortis nostre carissime, animarum remedio et salute, devotas ad Dominum preces effundere teneantur, concedimus per presentes, quod ipsi dona et elemosinationes sibi factas in feedis et retrofeedis nostris, que sunt hec : videlicet de dono Jourdani, episcopi Lexoviensis, et Radulphi de Percheyo, militis, totum clausum in quo edificia dicte abbacie construuntur, et novem acras terre in cultura de Ae ; item, de dono dicti Jourdani, molendinum de Hevilla, cum tota mouta sua ; item, de dono ejusdem, apud Manerium pratum de Hercheyo, et in molendino Huberti octo sextaria frumenti, et unam acram terre, et apud Summerveyum decem et octo acras et dimidiad acram terre et malleriam de la Sequenolleria sitas in septem locis ; et apud Treavillam totum tenementum Gaufridi Daneiz, de valore quinquaginta duorum solidorum, et homagium, et quatuordecim virgatas terre et paululum terre, et molendinum suum de Louveris cum pertinentiis suis ; item, de dono Thome le Rechangre, duas acras terre ad falesias maris ; item, de dono Juliane domine de Tilleris, in prefectura de Aquilla, duodecim libras turonensium ; item, apud Trungeyum, de dono Alienoris, comitis Salebrieris (sic), in molendino suo de Cupigneyo octo libras turonensium, et totum tenementum Ricardi le Desrainey, et decem novem virgatas terre sitas in Crouta Osmundi, et totum tenementum Symonis Fremangier, reddit inde unum sextarium frumenti, I panem, unam gallinam, et in furno suo de Ria vingiti (sic) solidos turonensium ; item, de dono Engerranni et Jourdani de Humeto, militum, centum solidos turonensium in prefectura de Humeto, et tres sextarios ordei in magno molendino de Maiseyo ; item, de dono Baudoini Rastel, militis, vingiti solidos turonensium, per manus Johannis Lavor', et Gaufridi de Porta, de Cotigneio, pro tenementis que de dicto milite tenebant ; item, apud Jueto, de dono Eudonis de Vaacheyo, militis, totum campum Dramey situm in parrochia de Jueto, et undecim virgatas terre sitas in quatuor locis ; item, de dono Radulphi de Percheyo, militis, decem libras turonensium pro capella sua, unde tradidit unam peciam terre pro vingiti quatuor solidis turonensium,

et sexaginta solidos in feodo suo de Verquereul, et centum sexdecim solidos in feodo suo de Jueto ; item, de dono Guillelmi, presbiteri, filii Sansonis, duas acras et dimidiam virgatam terre sitas in quatuor locis ; item, de dono Guillelmi le Bieiz, unam acram et dimidiam virgatam terre sitas in duobus locis ; item, de dono Sansonis de Jueiz, tres virgatas terre sitas in valle Couverti ; item, de dono Roberti de Audreyo, militis, unum sextarium frumenti ; item, de dono Roberti Clerici, dimidiam acram terre in Gletosa ; item, de dono plurimarum gencium, tres sextarios frumenti et quatuor sextarios ordei, totum ad mensuram Baiocarum, sitos super pecias plures terre, et solutos per manus plurium gentium, sicut plenius continetur in litteris super hec confectis ; in perpetuum de cetero pure, libere, pacifice et quiete possidere valeant et tenere, absque coactione vendendi vel extra manum suam ponendi, vel prestandi nobis aut successoribus nostris financiam pro eisdem, salvo in aliis jure nostro et in omnibus alieno. Quod ut firmum et stabile permaneat in futurum, presentes litteras sigilli nostri fecimus impressione muniri. Actum et datum Parisius, anno Domini M° ducentesimo quadragesimo septimo, mense martio.